



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicodemi Frischlini Alemanni Dido

Frischlin, Nicodemus

Tvbinae, 1581

VD16 F 2926

Actvs Qvintvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12502

Et mutabilē semper foemina.
Vigilare viros nunc prospicio. &
Transfris considere : Vela citos
Soluerit. Deus, ethere demissus
Exalto, festinare fugam
Tortosq; incidere funessiūbet.
Adsis o placidus Reginæ
Deus, & cœlo iam dextra feras
Sidera, ne tristi abitu mœsta
Nimis indoleat. Sed progreditur
Huc, terq; quaterq; manu pectus
Percussa decorum, & flaudentes
Abscissa comas, & lacera genas.

ACTVS QUINTVS.

DIDO.

Ergo ibit hic? quid? ibit hic? pro Iupiter.
Meisne regnis aduena hic illuserit?
Non a maiam expedient? & è toto oppido
Seq'entur? & rapient rates naualibus?
Ite, agite, serte citi faces, impellite
Remos, date Notis Vela. Quid loquor? Vbi sum⁹?
Quæ mente agitat insania? infelix nurus
Nunc sata te Dido impia feriunt male.
Tum decuit, Vbi sceptrum dabas. En dexteræ,
Fidesq; quem secum penates patris
Portare dicunt: quem subiisse humeris patrem
Aetate confectum. Non corpus abreptum datum
Dissellere, & vasti maris aquis immergere

C

NON

Non nauitas, non ipsum Iulum filium
Absumere gladio, torisq; patrijs
Apponere epulandum. Sed anceps fuerat hec
Fortuna pugnae huius. fuisse quippeni.
Moritura quem metuo? faces in hostium
Castra intulisse, facibus impletsem foros,
Natum patremq; cum genere nequissimo
Extinxem, & ipsamet dedisse me super.
Sol qui vniuersa lumine illustras poli
Terraeq; opera: tuq; omnium horum conscientia
Iuno malorum: tuq; Hecate pulata per vagas
Urbes: & vtrices Eumenides Deae:
Hec accipite: numenq; meritum aduertite
Nostris malis: audite, quas fundo preces:
Si fata Iouis hoc exigunt, si tangere
Portus necesse est hoc caput, si terminus
Hic haeret, adnare Latio Phrygum ducem.
At bellica vi pressus audacis popli,
Ex torris agro patrio, flagitet opem
Aliunde: querat auxilia: videat Phrygium
Indigna funera: necq; quum sub tetricas
Leges inique pacis olim se hostibus
Tradiderit, ipse sua fruatur regia.
Sed ante maturum diem cadat impius,
Mediaq; arena iaceat inhumati viri
Cadauer. hoc precor, hanc supremam contra eum
Effundo vocem, cum cruento sanguine.
Tum vos coloni Punici, stirpem & genus
Omne hinc futurum, odijs premite capitalibus:

Cineris

Cineriq; nostrō munera isthæc mittile:
Populis nec ullus amor, nec ulli fœdera
Sunto. Exorere aliquis vltor ex his ossibus;
Qui Dardani genus face & ferro prænas.
Quocunq; vires huc dabunt se tempore:
Hoc littus illi litori contrarium,
Fluctusq; fluctibus imprecor contrarios.
Ipsi nepotes dimicent secum inuicem.
Tucara nutrix huc sororem protinus.
Siste mihi: dic properet aquis se spargere:
Pecudesq; secum ducat, et piacula
Monstrata: sic veniat. Pia tu tempora
Vitta tege: ego sacra Stygio Ioui paro:
Summumq; curis instituo finem addere,
Rogumq; Dardanij capitis igni dare.
Abit hæc. Ego adsum nunc remotis arbitris.
Quid restat, hunc nisi vt rogum, quem condidi,
Moritura concendam, meosq; finiam
Letho dolores? sic agam: dum non vtor;
Dicamq; verba his vestibus nouissima.
Dulces Phrygum exuiae ducis, dulces toris:
Dum fata, dum clemens sinebat hoc DEVVS;
Hanc accipite animam: his precor me exoluire
Augstijs, Sat vixi, & omnem ætatulæ
Cursum peregi: magna imago nunc mei
Sub terram abibit, sed tamen mea mœnia
Vidi prius: et urbem meam, quam condidi:
Quin et virum ulta, fratre ab inimicissimo
Penas recepi. Felix mulier, heu quater

C ij Felix

Felix: carinæ si Phrygium isthæc littora
Nunquam attigissent. quid moror? nonne moriar?
Sed inultane moriar, sine omni vindices
Agem moriar. sic sic sub umbras ibimus.
Crudelis hunc oculis ab alto Dardanus
Ignem hauriat, nostreque mortis omnia
Secum ferant Laomedo, & Iulus perfidus.

ANNA, CHORVS.

REUSM
O p̄t scita

Qvis clamor hic it ad alta tecti culmina?
Quis hic ululatus foemineus atque genitus?
Magis resonat æther supra plangoribus,
Non aliter, ac si prisca Tyros, aut Urbs noua
Carthago ruat. Hei, hei mihi misera: quid hoc?
Quam video? quis hic ensis cruore luridus?
O soror Elisa, quid mali hoc? quis vim dedit?
Hoc illud o germana fuit: hoc mihi rogas
Isthic parabat: hoc foci, hoc ignes sacri.
Ah quid querar primum? quid incepsem querit?
Comitem sororem spensis emoriens tuam,
Eadem vocasses me ad necis fata ultima.
Idem dolor, eadem hora utramque tolleret.
Ah me ter et quater miserrimam omnium,
Quæ manibus his struxi rogam, quæ patrios
Deos vocavi voce: sic Deis volentibus
Crudelis ut te posita abessem isthac domos?
Te, meque, soror extinxi, et urbem Punicam,
Patresque Sidonios. Date ut aquis ablauam
Vulnera; date inquam, aquas: et extremus super-

Sifortè quissiam errat halitus, legam.
CHO. Desiste germanam fouere amplexibus,
Atroscq; vestibus cruores tergere
Mibi ultimum curæ erit in hac heroide
Pietatis officium. Locum da. Nam quia
Nec morte promerita periuit, nec suo
Fato: sed ante diem misera iam concidito
Nec dum comam illi perice in flavo pia
Proserpina abstulit, caputq; tetrico
Damnavit Orco: ego dexter acrinem mea
Secabo Reginæ. Igitur hunc Diti sacrum
Crinem fero, & animam relaxo hoc corpore.

FINIS TRAGOEDIE:
15810

A. col. Ult. l. Corpori. B. co. 5. vers. 16. l. adm̄oruglo.

Si